



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Speculum Monasticum


In Quo Totius Religiosæ disciplinæ Casus, Regulæ & difficultates clarè videntur, breviter explicantur & resolvuntur Canone, rationibus & Patrum auctoritatibus

Philippus <a Domina Nostra Septem Dolorum>

Augustæ Vindellicorum, 1688

Cap. XLI. De Visitationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40761



CAPUT XLI.

De Visitationibus.

SUMMARIUM.

- I. *Quis dicatur Visitator, & quibus competat visitare.*
- II. *Tenentur Pralati regulares visitare.*
- III. *Modus procedendi in Visitationibus.*
- IV. *Propter quae crimina possit fieri processus.*
- V. *Quomodo denunciantur defectus in visitationibus.*
- VI. *An possit fieri bis in anno.*
- VII. *An possint Visitatores recusari, vel impediri.*
- VIII. *Qui sint effectus visitationum.*
- IX. *Ad quem pertinet regimen conventus tempore visitationis.*
- X. *Visitatores debent abstinere à muneribus.*
- XI. *An possit eligi in Pralatos locorum, quos visitant.*
- XII. *De*

CAP. 244
 III. De ab
 vij
 XIII. In qu
 sita
 V
 regularium in
 que, habe
 quos, visita
 perpetuo, d
 ardinav. cap
 mandamus, de
 id compet
 generalibus,
 ultimo de st.
 Visit. Regula
 II. Possun
 dres, Gene
 per se, vel
 tiam, & M
 Concil. Trio
 re divino
 a. & Pro

III. De absolutionibus, qua dari solent in visitatione.

XIII. In quibus casibus possunt Episcopi visitare regulares.



Visitare propriè est de regimine, & vita aliquorum indagacionem facere. Unde dicitur Visitator regularis ille, qui de regimine monasteriorum, & vita personarum regularium indagacionem facit: competit cuiusque, habenti jurisdictionem ordinariam in quos, visitacionem facere, *cap. Romana, & cap. perpetuo, de censibus in 6. cap. conquerente de regularibus. cap. cum Apostolus, de censibus, & cap. mandamus, de off. Archidiaconi.* Et ideo certum est id competere Prælati regularibus, scilicet Generalibus, vel Provincialibus, *cap. penultimo in ultimo de statu Monachorum, Thomas de Jesu in 4. Reg. Regular. tract. 1. cap. 1. d.*

II. Possunt igitur, imò tenentur Prælati regulares, Generales scilicet, & Provinciales, visitare per se, vel per alios suam religionem, & Provinciam, & Monasteria sibi subiecta, & probatur *Concil. Trident. sess. 25. cap. 1. & 18. & hoc iure divino & naturali; D. Thom. 22. quest. 83. art. 1. & Proverb. 7. Agnosce vultum pecoris tui, inosque*

rnosque greges considera. Per se ipsos quidem, si legitime impediti non fuerint, alioquin per alios: *cap. Episcoporum 10. q. 1. & cap. Pastor alius & cap. inter cetera, de off. ordin. & cap. Cum Episcopus, eodem tit. in 6. & maxime ex illa regula juris in 6. potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum.* Omittere autem personalem visitationem ex otiositate, aut negligentia, videtur peccatum mortale, quia est gravis transgressio præcepti *Concil. Trident. sess. 24. cap. 3. & dist. sess. 25. cap. 1. Peyrinis in formular. litera p. cap. 8. num. 15.* Non tamen possunt mittere ad visitandum religiosum aliquem extraneum, vel Clericum secularem, quia oportet Visitatorem bene esse instructum in regula, & institutis visitandorum, *Peyrinis de subdit. quasi. 1. de obed. cap. 11. Rodericus tom. 3. qq. regular. q. 77. art. 9. & tom. 2. q. 4. art. 2. & q. 52. art. 7.* Illud autem possunt facere summus Pontifex, & Legatus à latere, propter ampliorem facultatem, quam ipsi habent. *Rodericus tom. 2. q. 52. art. 7. & 9. & Peyrinis sup.* Tenentur etiam visitare Conventus, in quibus resident, quia, quantumvis vigilent super eorum observantia, nihilominus plura absconduntur ipsis, quæ solum præcepto, quod in visitationibus ponitur, illis manifestantur. *Peyrinis sup. num. 11.* hoc solum notandum adverte, visitationem præscribi non posse, secundum quod probat *Barbosa de off. & potest. Episcopi, allegat. 129. num. 11.*

III. Modus procedendi est triplex; scilicet, accusationis, denunciationis, & inquisitionis, ut dicitur *cap. qualiter, & quando 2. de accusat.* Primo modo procedit, quando aliquis defert crimen alicujus ad vindictam justam capeffentiam. Secundo modo, quando alterius crimen dicitur non ad vindictam, sed ad ipsius emendationem, correctionem & poenitentiam: Tertio modo, quando ex officio, & non ad instantiam alicujus, procedit, inquirendo de delicto commisso, & iste tertius modus vocatur ex officio, & duo priores ad instantiam partis. De istis tribus modis tractabimus in sequentibus capitulis separatim; & ideo prosequimur

IV. Crimina, propter quæ Visitatores regulares debent formare processus, sunt omnia quædam; peccata mortalia nota, & cognita, *cap. illi 6. quest. 1.* præcipuè, quæ sunt contra bonum commune, & vergunt in præjudicium religionis: inter quæ debent etiam numerari delicta pridem commissa, præsertim, si, qui illa commiserunt, non se emendarunt; delicta enim hujusmodi non debent præscribere. *Rodericus 2. qq. regul. quest. 5. art. 11. Peyrinis tom. 1. de subdit. quest. 1. cap. 16. §. 4.* subjungens tamen, cavendum esse Visitatoribus, ne propterea delicta jam mortua, vel correctæ, & confopita aliquorum, sine urgenti causa reviviscere faciant. *Lex ana verbo Visitator, num. 8.*

V. Tenentur subditi paternè denunciare Prælato inquirenti (correctione fraterna, si fieri debet, præmissa) omnes defectus religiosorum quia salutem proximi omnes procurare tenentur omni meliori modo, quo possumus. *Sanctus Thomas 2. 2. quest. 33. art. 8.* Imò, si fraterna correctione, vel paterna denunciazione religioſi non est correctus, nec speretur corrigi, tenentur alij ipsum juridicè ad Prælatum (ut iudicem) denunciare, si per testes idoneos probari potest delictum, quia nemo tenetur denunciare juridicè quod probare non potest, *ex cap. plerumque 9. 7.* Quod si quis non denunciavit intra terminum præfixum, & postea manifestat, debet ab accusatione, denunciazione, & testimonio ferendo uti suspectus repelli, eo, quòd tempore debito id non fecerit, nisi constet rationabili causa, aut impedimento urgente, id tunc non fecisse, *per raris sup.*

VI. Prælatus Generalis seu Provincialis, aut Visitator Generalis, unusquisq; secundum Statuta, & constitutiones sui Ordinis, semel in anno, vel tantùm in biennio, vel triennio, possunt visitare subditos; quia tamen scopus, & finis visitationum cujusvis monasterij est, ut rectè omnia illi observentur, ad quæ de jure divino, Pontificio, & Statutis religiosi tenentur, & omnia rectè agantur, & maximè conferant ad religionis disciplinam conservandam, & in illis transgredientes pœnam debitam exolvant, & e converso

ctiores laude, & præmio decorentur: Vifi-
 citur enim in Sacris Scripturis sæpè sumitur pro
 ligere, *Exodi cap. 20. Ego sum Deus tuus, for-*
mittans iniquitatem patrum in filios, in tertiam
et quartam generationem eorum, qui oderunt me.
 non rarò, sed sæpiùs, & frequentiùs debe-
 tæri, finis enim illarum est optimus; & præ-
 tum, cum Provinciales sint iudices ordinarij,
 tum iurisdicchio impediri non potest sine legi-
 ta causa, nec est in hoc sublata Prælatis maio-
 ris, scilicet Generalibus, nisi expressè tollatur
de off. præf. urbis, Hoc ergo possunt, si
lat, & Constitutio non contradicat, Lex ana
visitator n. 12. Peyrinis tom. 3. privileg. cap.
9. in additam. ad constitutionem Leonis X.
 VII. Visitator regularis procedere volens
 modo per inquisitionem generalem, non
 particularem, recusari non potest, quia per
 inquisitionem generalem præcisè non inquiritur
 ten, seu defectus alicujus particularis, nec
 antur processus, sed solum procedit Præla-
 illa ex officio, inquirendo in generali de
 & virtutibus religiosorum ad ipsorum cor-
 tionem, ac per consequens cessat omne peri-
 tant evidentis gravaminis, propter quod so-
 potest recusari Prælatus, *Lex ana verbo visi-*
num. 13. & verbo recusatio, num. 7. Idem
 debet de appellatione, ita ut ab ipso, sic pro-
 tenti, appellari non possit; quia finis genera-
 inquisitionis est solum morum correctio, &

impositio pœnitentiarum salutarium, non verò
 punitio, propter quam, quando exceditur in ea,
 aut fit cum evidenti gravamine, admitti potest
 appellatio inter regulares. Rebellantes in Visi-
 tatores, aut illis contradicentes seu impediētes
 ipso jure sunt excommunicati excommunica-
 tione Papæ reservata, & privati officiis, quæ actu
 habent, voce activa, & passiva, & inhabiles ad
 officia, prout ordinavit *Greg. XIII. Rodericus*
tom. 1. qq. regul. quest. 54. art. 4. Non tamen in-
 cident in pœnas prædictas, qui Visitatores con-
 tradixerint in iis, in quibus excedunt suam au-
 thoritatem, *Rodericus sup. Lezan. in mari magno*
Augustinianorum, §. 52. & probatur Bulla aurea
Sixti V. 1479. §. 9. apud Lezan.

VIII. Effectus visitationum est, primò re-
 formatio, & correctio omnium, quæ Prælatus no-
 verint reformanda, & corrigenda, tam in capitulis,
 quam in membris *cap. qualiter, & quando*, quia,
 licet quis culpabilis existat apud Deum, qui solus
 est scrutator cordium & cognitor secretorum,
cap. tua, in fine de simonia. Ecclesia tamen non
 judicat de occultis; debet igitur Prælatus corri-
 gere, ut possit dicere cum Paulo *Actorum 28.*
vers. 26. munda sunt manus meæ à sanguine omni-
um vestrum, & ne sanguis subditorum requiratur
 de manibus ejus, *cap. irrefragabili, de off. ordin.*
 Incumbit igitur illis ex officio, non solum argue-
 re, sed & increpare, & interdum suspendere, &
 nonnunquam ligare, unde frequenter odium
 mul-

non verò
 litur in ea,
 itti potest
 ces in Vifi
 pedientes
 mmunic-
 , quæ actu
 habiles ad
 Rodericu
 tamen in-
 ores con-
 suam au-
 avi magno
 ulla auri
 orimò re-
 alati no-
 in capit,
 do, qui,
 qui solus
 retorum,
 men non
 tus corri-
 orum 28.
 ine omni-
 equiratur
 f. ordina-
 n argue-
 dere, &
 odium
 mul-

torum incurrunt, & insidias patiuntur. Ni-
 minus cum omnimoda sollicitudine, & di-
 terter subditos corrigant, hoc est, quærant non
 suant sua, sed quæ Jesu Christi; tantò diligen-
 debet Prælatus assurgere ad subditorum ex-
 corrigendos, quantò damnabiliùs eorum
 deleretur incorrectas, *Geneseos 18. vers.*
Descendam & videbo utrum clamorem, qui
est ad me, opere compleverint, & Luc. 17. Quid
respondio de te, redderationem villicationis tue.
 Deus optimus maximus tradidit nobis legiti-
 mæ visitationis normam, modumq; in punien-
 criminosis; legimus enim Deum visitasse
 Adam post transgressionem præcepti divini, *Ge-*
nes. cap. 3. vers. 9. Adam, ubi es, &c. Qui ait, Vo-
cem tuam audivi, &c. Unde colligimus Visita-
 tores debere vocare ad se subditos, ut eos inter-
 rogent, & ideò dixit, Ubi es, ut Prælatus similiter
 rogat subdito, In quem statum miserum te impu-
 nit transgressio præceptorum? & det subditus
 rationem, aut criminis excusationem, si quam
 habet, ita, ut nullus inauditus puniatur; sicut
 Deus justissimus judex contra Adam post ejus
 confessionem, & sibi indultam defensionem
 pronalem protulit sententiam, *Quia audisti vo-*
cem uxoris tuæ & deligno comedisti, &c. maledicta
eris, &c. Genes. 3. & hoc idem egit ipse Deus
 contra Cain. Meminerint igitur Prælati visita-
 tores subditos vocare, & de delictis monere &
 interrogare.

IX. Tem-

IX. Tempore actualis visitationis, stando in jure communi, & præscindendo à particularibus statutis religionum, totum regimen externum contentiosum Conventus, vel Provinciae pertinet ad Visitatorem, & non ad Prælatum Conventus, neque ad Provinciale; Ratio est, quia, ut Visitatori illi committuntur omnes causae, & lites Provinciae, vel Conventus, ergo pro illo tempore non pertinent ad Superiorem Provinciam, vel Conventum, alioquin esset inordinata confusio inter religiosos, dum unus uni, Provinciali videlicet, vel Priori, obedire vellet, & alius Visitatori, *Lezan. cap. 13. tom. 1. 2. part. num. 28. & 29.* Non quod sint illo tempore suspensi ab officiis, sed quia sunt impediti, ne illa exercent; possunt nihilominus exercere circa subditos omnem jurisdictionem, quam vocant voluntariam, & non contentiosam, imò possunt facere ea omnia, quae prohibita sunt Visitatori secundum ordinis Statuta *Lez. verbo visitator, num. 4.*

X. Visitatores, sive quicumque iudices, abstinere debent omninò à munerum receptione, etiam liberaliter concessorum, ita ut ad restituendum teneantur. *Innocent. IV. in cap. Romana, §. procuraciones de casibus, in 6. legem & modum visitationis præscribens, monet Archiepiscopum visitatorem. ut caveat, ne ipse, vel quispiam suorum aliquod munus, quodcumque sit, & qualitercumque offeratur, præsumat recipere, quæ admonitione, & præcepto prætermissio, tandem contra*

ita illius transgressorem pœnam imponens
 Quod si fecerit, contra præsumptum recipiens,
 maledictionem incurrat, à qua numquam, nisi du-
 pliciter restituat, liberetur. Gregor. IX. in Concil.
 Lateranensi, ut habetur in cap. exigit. de censibus,
 ubi hæc restitutio dupli intra mensem fieri
 debet, & hoc fuit confirmatum à Concil.
 Lateranensi, sess. 24. de reformat. cap. 3. In quo habe-
 tur illius transgressorem peccare mortaliter, hoc
 inducit, & significat illa dicitio; *Maledictio*
huic, nullus enim incurrit maledictionem hu-
manam, nisi per peccatum mortale, & præterea
populo, quod à tali maledictione absolvi non
potest, nisi duplum intra mensem restituat, evi-
denter probatur, legem hanc esse pœnam, & la-
sententiam continere, quæ in foro conscien-
tiæ obliget reum ad pœnam in illa expressam au-
thoritatem iudicis sententiam. Possunt tamen
monasteria, à constitutionibus particularibus religio-
se designatas recipere, & à Conventibus de-
bitis, & aliis necessariis provideri. Vi-
ditur tamen, ne subditi in expensis graventur in
curtis, & cibis delicatioribus, & exquisitis,
ut patet in clavi regia, lib 3. cap. 9. num. 31. & Pey-
ron tom. 1. privileg. in constitut. 10. Leonis X. n.
1. 9. & 10.

XI. Non convenit, Visitatores, aut eorum
 secretarios, & socios eligi in Superiores conven-
 tum, quos visitant; nam propter eorum autho-
 rita-
 contra

ritatem timeri posset, tales electiones non esse liberas, sed potius coactas: *Miranda in manuali, tom. 2. quest. 22. art. 7.* Hic enim est eadem ratio, ac de Præsidentibus in Capitulis propter timorem reverentialem, *Lexana cap. 12. tom. 1. 2. part. n. 37. & verbo visitator, n. 14.*

XII. Absolutiones, quæ communiter solent dari à Prælati regularium, tam in prædictis visitationibus, quam in aliquibus festis, profunt religiosi in foro interno animæ, saltem pro censuris, & irregularitatibus dubiis, & occultis, vel ignoranter incurfis, aut oblitis, aliàs vanæ essent, & inutiles, *Peyrinis tom. 1. privileg. in consuetud. 1. Julij 11. §. 16. num. 42.* An verò profint pro censuris & irregularitatibus certis, & manifestis, occultis tamen, & in foro conscientia, non video aliquem de hoc disputantem, sed credo, quod valent ad omnia, ad quæ se extendit auctoritas ordinaria, & privilegium Prælati, verba enim illa, *Absolvo vos, & dispense vobiscum*, piè sancte sunt favorabiliter amplianda.

XIII. Restat notandum, Episcopos, non obstante privilegio exemptionis regularium ab Episcopis, posse visitare Parochiales Ecclesias ad eosdem fratres, ratione locorum suorum legitime spectantes, quoad ea, quæ ad Parochorum curam, & sacramentorum conservationem, & administrationem pertinent, sine gravamine tamen,

vel impensa, & illarum parochiarum cu-
gerentes, & cum scandalo delinquentes, eti-
religiosi fuerint, juxta ipsius Ordinis regu-
instituta, imo & juxta sacros Canones,
vel extra septa loci Regularis seu monaste-
re, ita Concil. Lateranense, in Bulla Leonis
11. tom. Bullar. fol. 309. qualiter tamen hoc sit
tendum, explicat Concil. Trident. sess. 7. de re-
mat. cap. 7. dicens, beneficia curata, quæ mo-
nasteriis unita & annexa reperiuntur, ab or-
dinariis locorum singulis
annis visiten-
tur.



CA-